

1240, agost, 15

Berenguera de Palera, infermera de Sant Daniel, fa agnició de bona fe a Ermessendis de Portella d'haver satisfet amb diners d'aquesta la compra del mas Renal[de Salitja.

ASD núm. 128, perg. orig., 330 x 200 mm.

Sit notum cunctis quod ego Berengaria de Paleria, infirmaria Sancti Danielis, assensu et uoluntate domine Agnetis, Dei gratia eiusdem abbatisse et conuentus eiusdem loci, recognosco uobis domine Ermessendi de Portella quod illam empacionem tocius capitismansi et tocius alterius honoris quam ego feci loco infirmarie a Bernarda Renalli et uxore eius Berengaria pro triginta quatuor marchis argenti boni et fini rectique ponderis, sicut rnelius et plenius habetur et continetur in carta ipsius empacionis inde ah eis mihi facte et infirmarie predicte in tota parrochia Sancte Marie de Selija, feci eam ex uestra propria peccunia et per uos et nomine uestro, et quod nichil fuit solutum in dicta empacione nisi de uestro proprio, et trado uobis in presenti instrumentum dicte empacionis, in quo dono et cedo uobis et quibus uos uolueritis totum nostrum locum et ius et acciones reales et personales, utiles et directas mihi competentes uel competituras tam ratione infirmarie predicte quam alio aliquo modo, prout melius dici et intelligi potest ad uestrum uestrorumque comodum et utilitatem ad omnem uestram uoluntatem perpetuo faciendam, sine aliquo retentu quem inde ratione infirmarie predicte nec alio aliquo modo facio. Et si aliquo iure scripto uel non scripto siue exceptione aliqua in futurum huic contractui obuiam ire possem, penitus per me et per infirmariam predictam penitus in perpetuum renuncio.

Actum est hoc .xvm. kalendas septembbris anno Domini .Mec. quadragesimo.

Sig+num Berengarie de Palera, infirmarie predicte, qui hoc firmo firmarique rogo. *+Agnes, gratia Dei abbatissa*. (s. man.) Petrus de Prato, terrens locum Sancti Saluatoris uiolario iure, subscribo. Sig+num Berengarie de Riuopirorum, sig+num Berengarie de Corneliano, sig+num Ermessendis de Cartiliano, sig+num Elicsendis de Riuopirorum, sig+num Alamande de Scaldis, sanctimonialium, qui supradicta laudamus et concedimus. Sig+num Iohannis de Figerolis. Sig+num Guaresches. Sig+num Iohannis Raffardi.

(s. man.) Ego Paschalis scripsi hoc mandato Bernardi de Uicco, publici Gerunde notarii. Ego Bernardus de Uicco, publicus Gerunde notarius, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 261-262